



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

230. Quòd cum sacramento.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

pœnitentiam anathemate percutiatur. Similiter si cum ea quam de fonte suscepit, vel quam ante Episcopum tenuerit, fornicatus fuerit. Legitimam autem, si habuerit, non dimittat uxorem.

Item de incestis. *Ex eodem.*

Concil. Vvor-
mac. c. 36.

CCXXIX. Si quis cum filiastra sua fornicatus fuerit, post dissolutum conjugium pœnitentiam agat. Scilicet per triennij tempus à corpore & sanguine Domini suspendatur, carnem non manducet, vinum non bibat; & omnibus diebus jejundet, exceptis festis & dominicis diebus. Similiter de mulieribus quæ patri se clanculò in concubitu prostraverunt & filio observandum est, & qui duabus se absconsè sororibus pollutos cognoscunt.

Quòd cum sacramento illicita conjugia solvenda sunt. *Ex Concilio Triburiensi.*

Concil. Tri-
bur. c. 49.

CCXXX. Quorum illicita conjugia scienda sunt, volumus ut juramento confirmatè ad unam mensam nec sub uno tecto simul cohabitent, vel quolibet familiari colloquio perfruantur, nisi in publico aut in Ecclesia. Res quas communes habuerint dividant, ne aliqua suspicio possit nasci atque incrementum.

Juramentum de parentela quomodo inquirendum.

Burchard. lib.
7. c. 25.

CCXXXI. De illa parentela quam dicunt esse inter illum & istam ejus conjugem, quicquid inde scis vel audisti computare à tuis